1455 Dezember 11, Rom, St. Peter. Nr. 4617

Calixt III. an NvK. Mit Rücksicht auf den Rang des Kardinals verweist er den Streit mit dem Kloster Sonnenburg an NvK zurück und beauftragt ihn, den Konflikt nach Möglichkeit gütlich beizulegen.[1]

Kopie (gleichzeitig): Trient, *StA, Sez. latina, Caps. LIII Nr. 19; (als Insert in* Nr. 4650 *von 1456 Januar 23):* Innsbruck, *TLA, Stift Sonnenburg, U 97.*

Deutsche Übersetzung (gleichzeitig): Innsbruck, *TLA, Cod. 2336 p. 317f.;* Trient, *StA, Sez. tedesca, Caps. XXXIX, Lit. C Nr. 17.*

Druck: J. Chmel, Diplomatarium Habsburgense (FRA II 2), Wien 1850, 287.

Regest: Jäger, Regesten II 165.

Erw.: Jäger, Streit I 161f.; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 185; Baum, in: Germania Benedictina III 3, 649.

Unser Text nach der Kopie in Trient. Die Adresse wurde nach der Kopie in Innsbruck, *TLA, Stift Sonnenburg, U 97, ergänzt.*

Calixtus papa III. dilecto filio cardinali sancti Petri ad vincula etc. legato.[2] Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. Exaggerantur dietim apud nos querele super deposicione cuiusdam nobilis abbatisse de Sunnemburg, tue Brixinensis diocesis, que, cum asserit, in cursu visitationis et reformacionis per te illis in partibus facte iniuste ammota sit et gravata, plurimum ad sedem apostolicam pro suo remedio apellaciones interposuit. Et quamquam gravatis opem ferre debeamus et petentibus iusticiam ministrare, hoc tamen tempore tuo statui et dignitati morem gerentes instituimus hanc ad te causam remittere, ut sine strepitu et ad tollenda scandala, que in procinctu esse dicunt, qui hoc pro parte dicte abbatisse negocium sollicitant[3], taliter provideas, ut rem hanc debite componas, ne compellamur alio iuris ordine negocium ipsum decernere aut committere tractandum.[4] Super quo, quid feceris, nos quantocius certificare procures. Datum Rome apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris die xi mensis decembris 1455, pontificatus nostri anno primo.

P. Candidus.[5]

---

[1] *Nach Ausweis von* Nr. 4640 *(1456 Januar 6) hatte NvK das Schreiben am 6. Januar 1456 noch nicht bekommen. Es lag aber am 23. Januar bei der Abfassung von* Nr. 4650 *vor.*

[2] *Der Legatentitel bezieht sich auf die geplante Englandlegation des NvK; s.o.* Nr. 4512.

[3] *Prokurator der Abtei war damals der Notar und Sonnenburger Kaplan Hans Würzburger; s.u.* Nr. 4619.

[4] *NvK hielt eine solche Rückverweisung der Appellationssache an ihn selbst nicht für einen gangbaren Weg; s.u.* Nr. 4640.

[5] *Der Humanist Pier Candido Decembrio († 1477), damals päpstlicher Sekretär; s. Pitz, Supplikenregistratur 160.*

»Acta Cusana« Band II Lieferung 4 (978-3-7873-3344-8), Felix Meiner Verlag, Hamburg 2018.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.